



I.W. 3p-8am



¶ Jo: Francisci Mariani Mediolanensi magnifici Antonii
filij illustrissimi ducis Mediolani legati: Oarie babitis apud
Innocentiam viti. Pontificem maximum. Anno dñi. 30. oct. Iuxta
tempore Italiam. Quintilie.

Villa est respub: nullus princeps nulla christianorum
natione nullus bene vivendi instinctus deditas. Quae
etiam ergo ex auctoritate pontificis qui non finitio a incredibis
li prope gradus ne prouiso reddito sibi de pontificatus sui di-
gnitate gratissimo et incandidissimo nuncio. Erigitur enim vnu
caelis. At si quis est mortalis et miserabilis oculis paci et tranquillitate
vivere die: cuicunque docemus delegemus qui non fecis ac lumen cor-
lino emissemus: concia eius nata in terris moderis et guberni-
tio. Et illius maris quod tunc virtutibus omnibus sed in primis
iustitia per regnum vestrum hunc fundamentum iocum fides: cum tu
apud nos omnia soluta sumus et diffunditur uerum quo tanta est
vita: gloriam excellens bonitas tua admirabilis sapientia: eas
exemplum possunt in tebus feberis: ut nos deinde virtutis omnibus
obseruantur: non modo iustitiae. sed etiam in letori quidem
possit quod non recte fit et pendens: omnipotenter parte magnanima
tu. Quo fratre filii omnes persuadent donec vixeris perpetua
conuersio et quaececum amarum suum illare frigidos. Idcirco
doluerunt vehementer adserit: ut credimus tuam in qua
hoc tu pontificatus inicio incidisti. Hunc autem summopere
gradent: q: exibuntur fide: ut divina prouidentia ea tibi iam
bona: exibuerit: et ita restitutoris procidubio si perandez
regeremus te ambae bene valitari. Uenit cum aliis omnes letent
tanta est exortio quam animo suo conceperat magnanimus et
Illustrissimus Jo: Cicalatus: princeps noster: tibi q: filius ob-
seruentissimus: ut hoc anno te officium beatissimum etissimum: q: ro-
sis misericordie agente id sibi contigerit: ut se secundum pontificem re-
stituit: et cum lumen petri successore: agit: secreti: in cuius vnius
requiesceret: cui se sua: q: omnia dederet: quae non fecis ac ini-





A Jo·Francisci Marliani Mediolanensis: magnifici Antonij
filii illustrissimi ducis Mediolani legati: Oratio habita apud
Innocentium. viii. pontificem maximum. Anno dñi. Mcccc. lxxxv.
tertio kalēn. Quintilis.

Vlla est respub. nullus princeps: nulla christianorum
natio: nullus bene vivendi institutis deditus. San-
ctissime et marie pontifer: qui non summo et incredibili-
li prope gaudio sit perfusus: redditio sibi de pontificatus tui di-
gnitate gratissimo et iucundissimo nuncio. Existimat enim unus
quisque deum optimum maximum universi orbis paci et tranquillitati
consuluisse: cum te ducem delegerit: qui non secus ac lumen ces-
litus emissum: cuncta eius nutu in terris modereris et gubernes.
Existimat in qua tunc virtutibus omnibus: sed in primis
iusticie: que rerum omnium est fundamentum locum fore: cum tu
apud nos omnia soluturus sis et dissoluturus: in quo tanta est
religio: tam excellens bonitas: tam admirabilis sapientia: tamen
egregia gerendis in rebus solertia: tanta denique virtutum omnium
obseruantia: ut nihil non modo agere: sed ne meditari quidem
possis quod non rectum sit et prudens: omnique ex parte magnani-
mus. Quo fit ut sibi omnes persuadeant donec vireris perpetua
eos semper quiete atque animi tranquillitate fruituros. Idcir-
co doluerunt vehementer aduersam valitudinem tuam: in qua
hoc tui pontificatus inicio incidisti. Hunc autem summopere
gaudent: quod existiment fore: ut diuina prouidentia ea tibi iam
iam restituatur: et ita restituatur: ut proculdubio sit sperandum
te per longa tempora bene valiturum. Uerum cum alii omnes letentur
tanta est voluptas quam animo suo concepit magnanimus et
Illustrissimus Jo. Galeatus princeps noster: tibiisque filius ob-
sequentissimus: ut hoc uno se felicem beatumque existimet: quod eo
in viuis agente id sibi contigerit: ut te summum pontificem: te
christi vicarium: te petri successorem agnosceret: in cuius vlnis
requiesceret: cui se suaque omnia dederet: quemque non secus ac im-



mortalē deūz adoraret: coleret: veneraret: et obseruaret. Quare
hoc maximū et incomparabile gaudium pontificatus tui senti
ens: ut nihil sibi deesset ad ingentis leticie cumulum: optasset
sum opere te p̄sens presentē intueri: sacrosq; pedes tuos et am-
plexi et oculosulari: ut clarissimo omnibus cōprobaret argumē-
to: qđ maioribus suis vi quadā nature insitū fuit: ut sedis apo-
stolice decus ac dignitatē tueren̄: id eum in omne euū ser-
uaturum. Quod cum per etatem vt tu optime nosti et negocio
rum variam ac multiplicem curam: quam continuo pro status
sui regimine sustinet: sibi in presens integrū non fuerit: nobis
oratoribus suis mandauit: ut te eius nomine viseremus: salu-
taremus: simulq; in verū pontificē susciperemus. Mibi autem
qui pro legatōis officio apud te sum oraturus sentio graue ad
modum et difficile onus esse iniunctū. Nam preter quod de tu-
is diuinis laudibus dicturus sim: que cum oratore expeterent
quem vere eloquentē possemus appellare. quippe qui dicendi
copia: orationis grauitate: et sermonis iucūditate valeret: que
dia exigua in me esse intelligo. Sitq; preterea ab his qui ante
me dixerunt tanta cum elegantia et venustate peroratū: vt par-
uam mīhi dicendi copiam reliquerint: video tantā esse rultus
tui venerationē: tantam corporis proceritatē: tantum oculorū
radiantem splendorem: tantam deniq; in te esse maiestatez: vt
cum te intueor: idem mīhi vsu euenire animaduertā: quod il-
lis accidit qui oculoz aciem in radios solares intendunt quo
enīm fixus eos nitunt̄ aspicere: eo minus vident. Quare non
possum nō vereri ne idē mīhi accidat: quod Leophaisto philo-
sopho disertissimo accidisse ferunt: qui cum pauca admodum
verba apud Alexandrū regem esset facturus: tanta est affectus
verecūdia: ut nihil omnino eloqui potuerit. Quo euentu vsos
etiam audio et Demosthenem apud Philippum Macedonū re-
gem: Alexandriq; patrem: et Ciceronem apud iudices in causa
Miloniana: duo quidem eloquentie sydera lucidissima. Que
omnia et si me maxime terrere debuerant: mutumq; omnino et

elinguem reddere: eam tñ intelligo esse humanitatē tuaz: eam
 mansuetudinē. eam facilitatē: vt que direro etiam si minus cu-
 mulatissimis laudibus tuis satis fecero: ea omnia in bona; sis
 partem accepturus: potiusq; mittētis animū: q; loquentis per
 sonam consideraturus. Quid igitur primū de te laudem: qui
 nullius omnino sis inops laudationis. Non enim mediocria
 sunt bona quibus te vel īmortalis deus: vel natura ipsa: vel īn-
 dustria exercitatio; tua te vnu ex alijs omnibus nostre tempe-
 statis viris marimis ostendit illustrem. Nam vt ab ī cunabu-
 lis (vt aiunt) incipiam: tu Senua es oriundus: que adiacens
 mari ea in Italia est ciuitas: quā situs pulchritudine & magni-
 tudine: rerum omniū que terra mariq; aduebuntur opulentia
 templorum & edificiorū amplitudine: o: eq; & que ad orientem &
 que ad occidentem spectat vbertate & amenitate: non īmerito
 multo; regum sedem: vt de Cipro īsula legimus: possumus
 appellare. Quantū autē antiquitate inter reliquias Italie vr-
 bes excellat: testes sunt grauissimi & locupletissimi plini? Ao-
 uocomensis: & Strabo: duo cosmographorū principes. Tu ab
 eis parētibus originem ducis: qui generis nobilitate & rerum
 gestarum gloria adeo clarent: vt facile inter Senuensiū prima-
 rios possint numerari. Tanta preterea est corporis tui pulchri-
 tudo: tanta membro; omniū compactio: tam formosa vultus
 tui liniamenta: vt de te idem dici possit: quod de Priamo ceci-
 nit Euripides Tragicus poeta. Priami quidem spicies mereb-
 ī imperiū. Tu aut̄ hec bona semper eterna eristimasti: & vt greci
 dicunt: quod idem est quod īdifferentialia:
 īdest boni & malī cōmunita. Quare ea amplex? que minime mu-
 tabilia sunt: sed solida & nulli fortune subiecta tibi assidua vir-
 tutis exercitatione prudentiā comparasti singularem: iusticiā
 admirabilem: erimiam libertatē: īauditamq; caritatem: que
 vna virtus pauli apostoli sentētia longe alijs omnibus virtu-
 tibus est superior. Quid meminerim modestiā tue vite & ince-
 gritatem: ī omniq; re grauitatem atq; constantiā: que singu-

la in te excellere vel lapides ipsi et cognoscunt et predicant. Accedit ad hec humanitas tua: facilitas: clemētia: suauitas sermonis: morumque moderatio et elegantia. Quoꝝ omniū si dignam rationē habere voluerō: non modo dies ad dicendū: sed ne an nus quidem sit satis. His preclaris tuis virtutibus pontifica lis dignitatis fastigium attigisti: his illud intactum incorruptumque seruabis: vbi etiā res exiget sumopere extolles et augēbis. Quamobrem īmortalī in primis deo qui bonorū omnium est auctor. postmodū his Reuerendissimis patribus sedis tue cardinibus firmissimis sempiterne a cunctis gratie sunt habēde: ꝑ tu vir omni probitate excellens: moribusque et multaque rerū experientia prestans: christiani gregis pastor constitutus sis: quem omnibus in rebus īmitaremur: ad cuius vite īagine nos effingeremus: cuiusque fidei et sapientie nostroꝝ omnium sa lus credita esset et cōmissa. Quod ad principem nostrum attinet ipse vel hoc uno se vobis optimi patres plurimū debere ī telligit: ꝑ eum pontificem designaueritis: quo meliore nec prudenterem maiorem eqꝝ religionis cultu et sanctimonia preditum: neqꝝ ipse elegisset: neqꝝ ab alijs eligi vñquā posse existimasset. Quare cum vos semper maxima virtutuz gloria prestantes: altosque animo et magnificos cognoverit: nunc omniuz prudentissimos iudicat: animiqꝝ eruberantis et excelsi: qui optime consideraueritis Italice quieti simulque sedis apostolice saluti bene consultum fore: si eū in regia et apostolica triumphantem sede conspiceretis: qui ingenti sapientia sua et animi diuinitate nō modo petri nauiculam fluctibus agitari non permitteret: sed non secus ac sol aureus radios salutares per vniuersum orbez spargeret: suisque illustribus gestis eorum qui clare vicerunt pontificum famam nō modo equaret: sed apprime superaret. Ego īdubitato mibi persuadeo pater diuinissime te īimitatuꝝ Innocentium quartū conterraneū tuum: ob cuius rerum preclara gestarū memoriā tibi nomen est Innocentio. Is virtutibus suis quibus eum natura eiusque studiū ornauerant viā sibi non

modo ad pontificatū: sed ad eternam quoq; gloriā parauit.
Cum enim dei ecclesia viribus & acerbissimo odio federici se-
cundi viceret: adeo: vt cum p̄ntifex maximus diē obīsset: ne
moq; inueniretur: qui audacissimi hostis impetum sustineret
apostolica sedes duce suo priuata: summū periculū passura vi-
deretur: dei nutu omniū cōsensu p̄ntifex est creatus. Cū igit̄
vidisset Romanā ecclesiam maximis fluctibus agitari: & vndi
q; ingentibus periculis circūuentam: existimans nō deceze du-
ce petri nauiculaz tempestatibus obrui: fretus prudentia sua
qua omnibus in rebus vti solebat: occulte ingentē classem pa-
rari iussit. Qua cum Roma Genuaz ad nauigasset: indeq; Lu-
gdunū: atq; illic frequens totius occidentis cōuentus habitus
esser: federicum imperio amouit: et ita prudenter rebus suis
consuluit: vt pontificatu ad solitum decus suum restituto: cuz
antea nō secus ac profugus Lugdunū applicuisset: tunc velu-
ti triumphans & imortali dignus gloria Romam petierit. Tu
itaq; huīus exemplo ecclesiā Romanā singulari tua prudentia
continuo studio: perenni cura ac diligentia tutaberis: defen-
des: in omneq; euū saluam et in columem reddes. Nec hoc tibi
difficile factu futuruz eristimo: tum q; tante & tam imense sint
virtutes tue: vt eis ducibus quecūq; etiam difficilima summa-
sis cum facilitate superaturus: tum q; iam tibi omnia pateant
christiani q; omnes potentatus numen tuū venerent̄. E quoq;
numero dur noster: apud quem nihil potius est vel antiquius
q; p̄ceptis tuis parere: seq; pro apostolica sede deuouere tibi
opes suas omnes: totum exercitum: et eum quidem firmum ac
munitum: seq; ipsum vbi oporteat alaci & libenti animo pollī-
cetur. Cum enim intelligat plerosq; Romanorū: vt A. Manliū
Torquatuz. D. Brutum. M. Attilium: Regulum: Curcium: De-
cios: aliosq; q; plures vel se vel filios pro salute patrie neci mā-
dasse: inanem quandā seculi gloriāz secutos: magno sibi dede-
cori ascribendū censeret: si ipse pro vera celesti gloria felici qui-
dem & eterna: sanguinē etiam propriū nō effunderet. presertim

cū optime meminerit maiores suos xpianā fidē summo cultu &
religione venerātes: id sibi iure quodā peculiare vēdicasse: vt
in Romane ecclie hostes felicia ac victoria signa tollerēt: eosqz
ab om̄ni hom̄i memoria penitus delerēt. Cui enī: vt reliqua oīa
omittamus: que Mediolanensiū prīncipes pro xpiana republ.
strēnue & preclare gessere: cui inquā ignotū est & diuinū illum
prīncipē philippū Mariā Anglum: & franciscū Sforciā ducez
sapientissimū fortissimūqz Imperatorē: eiusqz filiū Galeaciuz
acerrimi ingenij virū: se omnibus in rebus obeūdis: assiduos
sedis aplice defensores prestitisse. Quis preterea non audiuit
inuictissimū illum belli ducē Sforciā Francisci patrež pro Ro
mane ecclesie salute occubuisse. Noꝝ pregenitoꝝ suoꝝ vestigia
pculdubio imitatus est Illustrissimus princeps noster & ita
imitaturus: vt pfecto existimare possis eū pro sacrosancte Ro
mane ecclesie dignitate tuenda nihil vñqz om̄issurū: sed potiꝝ^q
libentissime sua oīa seqz ipsum expositurū. Tuū aut erit euꝝ ve
filiuz amplecti: ad hec dies noctesqz id cogitare & meditari: vt
par qua nunc totā Italiā erulantē vides firma maneat & in
cōcussa: qd te pro bonitate tua religioneqz ac caritate pculdub
io effecturū oēs sibi persuadent. Quare gaudēt & exultant: q
diuino cōsilio e celo descendēs: si que apud Italos odioꝝ sunē
reliquie: eas egregijs virtutibus tuis sis extincturus: simulqz
xpiani noīis hostes interemptur. Postmoduꝝ errores nostros
emēdaturus: delicta castigaturus: hereticas opiniones antiq
turus: tyrānicos potētatus euersurus: tandemqz aurea nobis se
cula redditurus. Hac igit̄ pleni leticia hoc imensum gaudiuꝝ
vultu ac gestu pre se ferentes te verū Petri successore: te ponti
ficē dignissimū: summūqz xpianoꝝ prīncipē & predicāt & admī
ran̄. Ad te oēs conflūt: vt sanctissimū nomen tuū adorēt: te
summis laudū preconijs ad celū vscqz ertollunt: auxiliū tuū nō
secus ac diuinū inuocant. oēs uno ore imortali deo gr̄as agūt
sempiternas: q te virum sapientissimū summū sacerdotē pons
tificēqz designarit. simulqz euꝝ quibus possunt p̄cibus rogant

4

et obsecrāt: id efficiat: ut q̄d diutissime sis in viuis: quo iusticia
tua ac bonitate xpiani noīs gloriā per longum possis tempus
et tueri et augere. Hanc eandē animi incunditatē et nos sentien-
tes: Illustrissimi principis nostri noīe sanctissimos pedes tu-
os osculamur: te adoramus: te verum patrē et pontificē agno-
scimus. tue sanctimonie et probitatem sua oīa seq̄ ipsum cōmitti-
mus: existimantes nūbil ei qđ nō letum sit ac felix successurum
si pro ea quā filio debes paterna pietate īpius curā gesseris: re-
turnq; suaq; salutē et īcolumitati vigili oculo tuo cōsulueris.

¶ finis.






87

Inc. 37

45 191





87
Jan. 37
45 111/

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959150

Inc. 37-8 cm

